Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



faciem turbabunt · auferes spm eorū & deficient · & in puluerem suum reuertentur ⁊

Emittes spm tuum & creabuntur · & renouabis faciem terrae ⁊

Sit gloria dni in seculum · letabitur dns in operibus suis ⁊

Qui respicit terram & facit eam tremere · qui tangit montes & fumigant ⁊

Cantabo dno in uita mea · psallam dō meo : quam diu sum ⁊

Iocundum sit ei eloquium meum · ego uero delectabor in dno ⁊

Deficiant peccatores a terra · & iniqui ita ut non sint · benedic anima mea dno ⁊

ALLELUIA ⁊

tuli presidio · sine dubio turbantur ⁊ Auferes spm superbiae · ut accepto spu scō innouentur · et recreentur · et in puluerē suum redeant · idest ad humilem confessionem ⁊

Sit gloria dni · non cuius libet alterius ⁊ in saeculum · idest in aeternum ⁊ quia laudis eius nullus est finis ⁊ Laetitia est dni · quando nos creaturae ipsius benedicemus eum in die resurrectionis ⁊

Cum ait · cantabo in uita mea · tempus significat cum in hoc mundo degere uidebatur ⁊ cum adiecit · psallam dō meo · scilicet in futuro sclo ubi et esse perpetuū est · et psalmodia non habet finem ⁊

Deficiunt a terra peccatores · dum terrena cupiditate priuati · per dī gratiam ad meliora studia concitantur ⁊ Simili modo et iniqui deficiunt · quando mali esse iam desinunt ⁊ Benedic anima mea · dignum initium psalmi · dignus et finis ⁊

Emitte spm · id est ut reparemur in melius ⁊ recreati sunt utiq · qui se puluerem humiliter agnouerunt ⁊ Renouabitur facies · quando de uetustate peccat · emendabitur peccator ⁊

De illis dicit qui per dī gratiam inluminati · peccata sua p̄terita contremescunt ⁊ montes hic peccatores dicit · qui dum fuerint ammonitione dni percussi · tunc ad salutares lacrimas currunt · et quosdam fumiferos globos tristitiae emittunt ⁊

Sic enim dō fit iocunda nostra laudatio · si nos delectemur in dno · quia amans diligitur · neglegens spernitur ⁊

Hoc uerbi decus a presenti psalmo fecit initium · alleluia · apud hebreos dicitur laudate dnm ⁊ idest alle laudate · luia quippe inuisibilem significat dm ⁊